

1694.

1. Berger, Jo. Henricus : De jure fisci in dubiis quaestio-  
nibus.
2. Berger, Jo. Henr. : De foro rerum singulari
3. Brendel, Joh. Korp. : De constituto conventionali.
4. Haber, G. Michael : De hypothecis feudales - 2 Exempl.
5. Hornius, Kaspar Henricus : De confirmatione statutorum  
municipalium per superiores.
6. <sup>a. b.</sup> Hornius, Kaspar Henr. : De injuria condicionali
7. Hornius, Kaspar Henr. : De dispositione testamentaria,  
et accensione descendente in feudo.
8. <sup>a.</sup> Hornius, Kaspar Henr. : Partionum juris feudalis exactio  
X de servitutibus feudi impositis, et praescriptione  
feudali.
8. <sup>b.</sup> Hornius, Kaspar Henr. : Partionum juris feudalis exerci-  
tatio XI de investitura et juramento fidelitatis.
8. <sup>c.</sup> Hornius, Kaspar Henr. : Partionum juris feudalis exercitio  
XII de dispositione testamentaria et successione des-  
cendente in feudo.

1694.

8<sup>a</sup> Hornius, Kasp. Henricus: Prætorum juris feudalis  
exercitatio VIII de successione excedentium

et collateralium.

9. Hornius, Kasp. Henricus: Nobiles imperii immediate

si utrum gaudeant superioritate territorii?

10. Jung. Michael, Joh. Kasp.: Quaestiones criminales

1<sup>a</sup> facta blasphemiae, sortilegii, homicidii, pessi-  
cidii, adulterii, bigamiae, incendii & veneficii.

11. Kirchmaier, Georg. Wlch.: De decore actionis oratoriae

12<sup>a</sup> & 6<sup>b</sup> Kirchmaier, Georg.: Persecutio II<sup>um</sup> summa &  
2<sup>arum</sup>.

13<sup>a</sup> & 6<sup>b</sup> Lützbecke, Frieder. Lüg.: De potestate principis

13<sup>a</sup> circa religionem.

14. Naevius, Joh. Carolus: De juramento delato super  
causa famosa

15. Nimmern, Jo. Georg.: De condictionibus symboli  
apostolici

1694.

16. Rothermann, Christianus: De moderamine affectuum.
17. Seebach, Hein Ernst: Praeparatum sive iure nullum.
18. Braun, Gotzfridus: De obligationibus, quae ex delicto  
asciuntur.

*[Faint, illegible handwriting on aged paper]*





137  
L. R. B. V.

DISSERTATIO JURIDICA

DE

1694 M  
60  
7  
INJURIA CON-  
DITIONALI

Quam

Consensu auctoritateque Magnifici Jctorum  
Wittebergenfium Ordinis,

PRÆSIDE

14 1/2  
DN. CASP. HEINR. HORNIO,  
J. U. D. Pandectarum Professore publico, Curiae Provincialis,  
Scabinatus, & Facult. Juridicæ Assessore,

*Dn. Patrono ac Praeceptore suo  
omni observantiae cultu. profeguendo,*

In Auditorio Jctorum, ad d. Martii M. DC. XCIV.

publicè exhibet

AUTOR

CHRISTIAN FRIDERICUS Bnauth/  
Misenensis.



WITTEB. Prelo GODERITSCHIANO.

25. 4



VIRO  
NOBILISSIMO AMPLISSIMO  
CONSULTISSIMO<sup>q̄</sup>  
DN.  
MARCO DORN-  
BLUTHIO,  
J.U.D. ELECT. SAXON. ÆRARI PROVIN-  
CIARUM PROCURATORI SPECTATISSIMO,  
PRÆTORI AC SENATORI URBIS DRES-  
DENSIS OPTIME MERITO,

*DNO. Patrono, atq̄, Avunculo  
omni observantia pietatisq̄ cultu  
prosequendo,*

Hoc Exercitium Academicum

*offert  
observantissimus Cliens*

AUTOR,  
Christian Fridericus Bnauth/





## PROOEMIUM.

**T**Ametsi nemini in societate civili impunè alterius famæ atque existimationi quicquam detrahere permissum, ac omne injuriandi convitiandique studium rationalis ac civilis Imperii Lege ita jubente, summa ope evitandum est, ne alter sociorum præter meritum contra justitiæ regulas ad inæqualitatem redigatur, inter quos paritas coli semper, observarique debet: hominum tamen plurimorum natura adeò corrupta atque deperdita existit, ut sponte sua in aliorum civium existimationem ruant, eorundemque famam, meritis in Rempublicam partam, vagâ libidine minuire studeant, ut tantum non omnia fora querulæ injuriatorum, & vindictam Legis postulantium voces personent, & remedium universale quære inter conclamatas desperatasque res ferè connumeretur. Pœnas quæ plurimas in convitiantes statutas sancitasque vident, nec tamen earundem

A 2

dem



dem formidine ad meliorem mentem reducuntur, qui virtutis amore aliis benefacere dediterunt. Solent igitur, ut felix est in technis inveniendis hominum ingenium, ad pœnam, quam Lex defini- vit, evitandam, omne studium solertiamque adhi- bere; atque hinc convitia quidem effutire non e- rubescunt, circa formulas tantùm solliciti, quibus alterius actionem instituendam eludere frustra- neamque reddere conantur. De *Conditionibus*, quas sæpissimè injuriis annecti videmus, aliquid in præsens, in quantum quidem id ob ingenii mei tenuitatem expectari potest, commentari, animo mecum constitui, illarum naturam effectusque breviter expositurus; quando specimen rationes- que Studiorum meorum Patroni, quorum volun- tas mihi pro imperio est, à me desiderarunt atque postularunt. Quam materiam bono cum DEO pertractabo: à quo, ut suam divinam mihi largia- tur gratiam viresque humilimè peto. B.L. verò, ut pro sua in me benevolentia, erratorum maximè veniam concedat, rogo, rogandoque inſto.

Theſis. I.

**Q**uoad vocabulum Injurie haud opus existimamus, ut de eo multum simus occupati ac solliciti, propterea quòd juris Interpretes illud evolvant passim, ac ope- ram adeò perdidisse arbitremur in illo explicando, in- que

que scirpō nodum quarendo. Ne tamen contra Leges mores-  
que disputantium agere videamur, priusquam ad rem ipsam  
deveniamus, de iis quæ hūc spectare potissimum videri possunt,  
dispiciamus paucissimis. Vox injuriæ sumitur vel generali-  
ter, vel specialiter. Generaliter considerata, omne id, quod  
non jure fit, significat, *pr. J. § l. i. ff. de Injur.* In sensu verò spe-  
cialiori, ut alia taceamus, denotat omnem contumeliam alteri  
contra jus dolo illatam, *pr. J. l. 3. §. i. l. 13. §. 4. ff. de Injur. Bachov.*  
*ad Treutl. Vol. 3. Tit. de Injur. Lit. A.* quæ significatio hujus est  
loci.

Th. II. Quemadmodum verò contumelia, quæ aliis in-  
fertur, ex affectu & animo potissimum dijudicanda est, ac co-  
gnoscenda *per l. 3. §. 1. §. l. Si non convicii. 5. C. de Injur. l. 53. ff. de*  
*Furtis*: ita quoque prava hominum solertia multas adinven-  
nit rationes ac modos, quibus calumniandi injuriandique li-  
bidinem excusare solent, ut Legum eludant providentiam, &  
injuriam passis vindicandi ulciscendique adimant facultatem.

Th. III. Notissimi ac certissimi juris est, actus voluntarios  
in negotiis humanis hanc interdum induere formam ac ha-  
bitum, ut illi vel simpliciter & purè peragantur, vel adjecti-  
onem insuper aliquam recipiant, ex quo deinde determina-  
tum resultet propositum, atque limitata intentio. Sic con-  
trahentium voluntatem aut simpliciter & nudis saltem con-  
ventionum terminis consistere, aut etiam certis cancellis li-  
mitibusque inclusam videmus: unde diversimodè se habet  
obligatio, & pro diversitate terminorum, præsentem, limita-  
tamve producit obligationem, cum actus agentium naturam  
conventionis sequatur *l. 19. ff. de R. C.*

Th. IV. Pari ratione injuria mentis humanæ fœtus, cum  
vel sine adjectione protruditur; Imò cauti quandoque in ea  
preferenda volunt esse homines, ne illam nudam relinquunt,  
sed speciosis eam involvant vestimentis atque adornent.  
Hinc inutiles inderdum adduntur reservationes, hinc con-  
ditiones, & nulla non, quæ actionis inde competentis vim  
ac effectum enervare debet, determinatio. Quo conatu in  
præ-

præfens videbimus, dum **Conditionalis injuriæ** naturam & indolem paulò accuratius explanare ac perſpicere nobiſcum conſtituimus atque decrevimus.

Th. V. Descriptionem injuriæ conditionalis talem planiſſimam ita formari ac concipi poſſe putamus, quod ſc. ſit *omne verbum factumvè in contumeliam alterius ſub conditione admiſſum*. Cui è diametro opponitur injuria pura, h. e. ejusmodi, quæ nullis planè includitur terminis, ſed nudè ſaltem ſimpliciterque illata, & quæ proim animum injuriandi abſolutè præ ſe fert. Cum itaque adjectio conditionis hac in re interdum aliquid operetur: operæ pretium arbitramur, ſi ante omnia de conditionum quoque natura, differentiis atque effectu, in quantum quidem inſtituti ratio id exigit ac poſtulat, ſolliciti ſimus.

Th. VI. Eſt verò conditio nihil aliud, quàm adjectio alicujus rei, ob quam validitas ac effectus actûs, qui geritur, ſuſpeditur, uſque dum de rei adjectæ exiſtentia conſtet. §. *ſub conditione 4. J. de V. O. l. 100. ff. eod. §. 31. J. de Legat. l. 8. ff. d. R. C. Gæddaus ad Tit. de contr. ſipulat. c. 8. Concl 8. n. 130.* Ejus notæ characteriſtica deſumi poſſunt potiſſimum ex particulis **Si, Cum, Niſi, Poſtquam, Donec, Quoad &c.** quàmvis fateamur, mentem magis, quàm verba proferentis inſpicienda, tum ex vulgata voluntatem interpretandi regula in *l. f. C. quæ res pign. obl. pot. ubi Brunn. n. 9. l. 2. de conſtit. pecun. Gras. de J. B. & P. L. 2. c. 16. §. 1. Carpz. P. 3. C. 29. D. 14. n. 4.* tum quod maximè in conditionibus uſu venire ſoleat, ut quandoque præfixà licet hac particulà, ſermo tamen purus ac ſimplex habeatur; contra omiſſa illa nihil ominus inverbis conditio *in dubium* lateat, optimè id obſervante Ulpiano, quando ait: *In conditionibus primum locum voluntas defuncti obrinet, eaque regit conditiones in l. 19. ff. de condit: & demonſtras:* ubi inſimul exempla ſuppeditat, qualia quoque infra paſſim occurrent.

Th. VII. Uſus conditionum maximè in eo conſiſtit, ut cùm voluntatem noſtram in vita civili plano & ſimplici modo declarare non vacet, eam additis quaſi limitibus intellectualibus

Etualibus in existentiam vel eventum alicujus casus differre  
valeamus. *L. Proinde §. ff. de R. C. L. Decem 116. ff. de V. O.* ita qui-  
dem, ut, quamdiu res innuda consistit spe, & certitudo rei  
eventusque expectatur, voluntas interim pro non declarata  
habeatur, sed idem sit, ac si nihil prorsus actum fuisset, *l. 13.*  
*§. pen. ff. de pign. & hypoth. l. 16. §. 5. de fidej. & mandar. Mev. P. 6. Dec.*  
*167. n. 4.* unde præter spem nihil est in obligatione *l. 54. ff. de*  
*V. S. §. 4. §. 7. de V. O. l. 213. ff. de V. S.* Ex quo verò semel implemen-  
tum est secutum per fictionem statim juris translaticam tem-  
pus explicitamentis cum sperata existentia vel eventu con-  
junguntur, ut actus è vestigio suum robur consequatur *d. l.*  
*§. ff. de R. C.* & actionem ex eo descendente tribuat, tempus  
verò intermedium pro nullo, & quasi nunquam intercesserit,  
habeatur, *arg. L. f. C. de SGT. Maced.* Contra verò speista eva-  
nescente, actus ab initio gestusita destruitur, ut pro frustra-  
neo & tali habeatur, qui negotii nomen minimè meretur.  
*Mev. P. 1. Dec. 183. n. 2. l. 19. ff. de constit. pecun. neque alterum vin-*  
*cire, aut aliquam juris actionem producere potest. L. senera-*  
*tor 6. de nau. fan. L. un. §. 7. C. de cadus. toll. Alex. Vol. 7. Consil. 127.*  
*n. 2. Berlich. P. 1. Dec. 142. n. 6.*

Th. VIII. Cum uti dictum ex certitudine existentia vel  
eventus de conditione demum judicetur, num actus volun-  
tarius exitum præstitutum habere possit, nec ne, eam demum  
veram ac genuinam vocari conditionem, in proclivi est, quæ  
in contingentem casum, & de quo agenti nondum apparet,  
concepta est. Nam si id propter maximè conditionis effe-  
ctus suspenditur, quod forsan præconceptus casus non con-  
tingerit, vel non contingere, atque sic ratio obligandi cessare  
& deficere queat. *dd. LL. & Gotb. ad L. 100. ff. de V. O.* omnes  
sanè adjectiones sine effectu & nullius adeò momenti erunt,  
quæ vel præsens vel præteritum tempus, si maximè utroque casu  
de rei existentia constet, respiciunt, *§. 6. 7. de V. O. L. 100. ff.*  
*eod. L. 37. ff. de R. C.* Aut enim pro puro habendum negotium,  
quod præsentem producere solet obligationem, aut etiam a-  
gens prorsus ludendi animum habebit. Neque enim defi-  
cere

cere possunt ea, quæ jam actu existunt, & ita existunt, ut de illis constet: ac stultè quis captaret odiosam expectationem rei jam pridem peractæ & notæ. *arg. L. in bello §. S. facti 2. de captiv. & postlim. revers.* Unde non ad vocum figuram ac conceptionem, sed ad sensum potius, & num casus futurus contineatur, respiciendum omnino est, *Gaddæus de contr. stipular. c. 8. n. 137.*

Th. IX. Utut verò rectè se habeat hæc de conditionibus præteriti temporis doctrina, non aliter tamen, nisi cum cautela accipienda est. Nam cum multa in rebus humanis contingere possint, quæ scientiam nostram notitiamque effugiunt, ac proinde pro non factis habentur apud nos, licet jam pridem sint peracta; hujus nostræ ignorantia intuitu, actus suspensio quædam adhuc accidere potest. Finge enim mentionem injici à quodam rei nobis ignoratæ, cujus tamen existentiam votis omnibus expectamus. v. g. Titium nuptias cum Sempronii filia celebrasse, Gallorum exercitum à Cæsareanis militibus esse profligatum. Fac, etiam rem illam jam esse confectam, ille tamen, qui de veritate hujus rei dubitat, mentem suam cum adjectione rectè explicabit, nec prius effectum condemnationis habebit promissum vel sponso, quam id, quod in quaestionem deductum erat, ostensum, liquidò demonstratumque fuerit. Neque §. 6. J. de V. O. obstare nobis potest, quo ea quæ per rerum naturam incerta sunt, non morari nostram obligationem dicuntur, licet apud nos incerta. Illud namque quoad obligationem ipsam, & inde natam actionem accipiendum est, ita nempe, ut, qui ex tali stipulatione actionem intendit, non repellatur pluri petitionis exceptione, nec causa cadat, licet reus, qui non neget promissum, si factum tamen inficietur adjectum, non possit condemnari, usque dum illud sit probatum. *Dn. Puffendorff. de I. N. G. & C. L. III. c. 8. §. 3. Baibov. & Vinn. ad §. 6. J. de V. O.* Idem judicium & de præsentis temporis adjectionibus formari ac concipi debet, cum plurima, & quæ ante pedes nostras sunt, haud raro nos latere possint. Quibus præmissis ad ipsius thematis tracta-



tractationem nos accingamus, visuri, in quantum in dolis injuriarum conditionum adjectionem admittat.

Th. X. Naturæ quidem ordo postulet, ut, quemadmodum præteritum tempus præsentia antecedit, & futurum hæc demum insequitur; ita quoque ad illius ductum conditiones ad temporum figuras respicientes, explicaremus. Quoniam verò futuri temporis adjectiones conditionis nomen atque naturam in sensu excellentiori mereri, dictum est: alia planè via nobis ingrediendum atque ab hac dicendorum initium faciendum esse, arbitrati sumus. Omnis igitur, quæ in futurum tempus suspenditur injuriæ, is *regulariter* est effectus atque potestas, ut non prius alter de injuria sibi illata queri possit, quam de existentia casus illius paret, in cujus eventum contumeliosum dictum suspendere sibi ab initio destinaverat. *L. 19. ff. de hered. instit. L. 23. ff. de V. S. ibique Gæddaus.* Ratio hujus assertionis tum ex communi omnium conditionum, quæ nihil in esse ponunt. *l. 8. ff. si quis omnia causa.* indole petenda, tum verò quod dolosa, quæ in convitiis aliàs requiritur, mentis absit destinatio, *L. illud relatum. 3. S. sane. 1. ff. §. l. 5. C. de Injur. Wesenb. in Parat. ff. Tit. de Injur.* Ejusmodi injurians enim, quamvis convitium dicat, ac civi suo turpia quædam, & bonis moribus adversantia dicta objecisse videatur: mens tamen ejus probè inspecta, quam sceleris pura, & innocua, ac longissimè ab injuriis convitiisque absit, satis superque apparebit. Exemplo ea, quæ obscuriora quibusdam videntur, illustranda sunt, quale nobis exhibet *Carpzov. in Dec. Ill. Sax. Dec. 35. n. 3.* quod adjicere hîc haud immeritò istimamus, ubi quis debitori suo moroso hunc in modum scripserat: Si debitum promissum conventò diè solveris, virum te æstimo probum, fideque dignum, sin minus, contrarium de te asserere haud vereor. *Wirstu dein Brieff und Siegel lösen/ so halte ich dich vor einen redlichen und warhafftigen Mann/ im wiedrigen Fall habe ich ein anders von dir zusagen kein Bedencken.* Tali modo concepta verba pro injuriosis minimè sunt reputanda, quoniam substantiale requi-

B

fitum,

fitum, nimirum animus injuriandi, ex quo tamen semper injuria aestimari debent, hic deficit, *L. 5. L. 9. & seqv. C. de Injur. L. 34. v. injuria n. ff. de O. & A. Carpov. L. 2. Tit. 5. Resp. 68. n. 5.* injuriansque non convitiandi. sed finem saltem consequendi gratia, verba, quibus ad mentis declarationem utimur, protulit, certosque quasi limites dicto suo posuit, ac conditiones intentionis suae formavit, ex qua animus injuriandi nulla ratione praesumi potest. Nam ad formam injuria semper requiritur dolus & proæresis, quæ fundamentum atque substantia omnis injuriæ dicitur *Berlich. P. 5. Concl. 60. n. 1.* ac injuria non nisi ex affectu facientis consistit, *per l. illud relatum 3. §. 1. & f. ff. de injur.* semperque voluntas ac propositum injuriantis animum distinguit. Atque ut aliàs causâ & intentio principalis respicienda ac consideranda est, *L. 4. ff. de R. C.* ita quoque injuria non contrahitur, nisi voluntas libidoque injuriandi intercedat *d. l. 3. §. 1. ff. de Inj. Harpr. ad pr. 7. de Inj. n. 6. Cz. Pr. Cr. P. 2. Qv. 97. n. 1.* Nec ullam unquam actionem ejusmodi verba præbere ac tribuere possunt, quia conditionum adjectarum natura ita comparatum est, talemque vim ac potestatem illæ habent, ut actum suspendant, ac verbum injuriosum, cui adjectæ sunt, regent atque modificent. Plane verba hoc casu à creditore injuriosa prolata, conditionaliter fuerunt concepta, conditio autem nihil ponit, nec quicquam disponit, *L. si quis sub conditione 8. ff. de condit. & demonstrat. L. extat 19. ff. de hered. instit. L. 72. §. pen. ff. de condit. & demonstrat.* Quamdiu ergo conditio non existit, cessat animus injuriandi, cessat injuria, cessat actio: & magis cessat si deficiat conditio, solvente justo tempore, debitor. Deficiente enim conditione, omnem obligationem vel propositum injuriandi deficere necesse est, *l. necessario 8. ff. de peric. & commod. reïvend.* perindeque est, ac si nulla intercessisset. Accedit & hoc, quod à contrariò creditor debitorem suum appellaverit virum honestum, fideque dignum, si præstituto tempore debitum exsolvat, ac se à nexu data obligationis liberet. Ex his itaque colligi posse arbitramur, quod deficientem animum injuriandi, nec conditione existen-

te, sc. non solvente debitore justo tempore, sive ex justa causa, sive citra justam causam, verba illa pro injuriosis esse habenda, nec sic produci inde injuriarum actionem, nisi aliunde fortè quid accedat, vel proferens existente isto casu denuò dictis insistat: quo quidem facto illa locum habebunt, quæ de conditione præteriti temporis dicturi sumus. Arbitrium autem prudentis judicis planè exclusum hîc nolumus: quandoquidem contingere potest, ut proferens ejus generis verbis fidem boni Viri apud alios dubiam facere conetur, quo quidem casu actionem dandam esse nemo dubitabit.

Th. XI. Neque tamen & alias generalem ad eò huic injuriæ in futurum tempus collata effectum tribuendum putamus, ut semper obligationem & actionem inde competentem omnino cessare censeamus; quin potius dicta ad eum casum restringenda esse asserimus, ubi verba proferens justam indignandi causam, si conditio existeret vel non existeret, habet: Vel uti *Carpov. d. Decis. 35.* loquitur, ubi commodi vel incommodi quicquam proferenti, ex conditionis existentia vel defectu nasci potest. Quod si enim conditione adjecta ita comparatum sit, ut actum indifferentem, licitum aut bonum, vel in potestate alterius haud existentem vel ad loquentem nil quicquam pertinentem, contineat, injuriam statim nasci, ac frustra tempus expectari certissimum est. Unde haud frustra à nobis verbum regulariter Th. 10. supra adjectum est, quod satis arguit, non simpliciter & per omnia dicta procedere, sed adhuc quandam exceptionem subesse *vid. l. 1. de R. L. ibiq; Ludov. n. 11. & Bronchorst ad eand. not. 2. Dn. à Pubel de Tutel. Elect. c. 5. num. 12.* Sic e.g. Si quis Titio sub conditione injuriam intulerit, cujus tamen adimpletio vel omisio in mera ejus facultate consistit, vel ejus facultatem excedit, v. c. Si Mariam uxorem duxerit, si Lipsiam abeat, aliudvè, quod tamen cum nullius injuria conjunctum est, fecerit, si Gallos vincant Batavi &c. hoc sanè casu, pura aderit injuria, cum de injuriandi animo satis superque constat. *vid. l. 11.*



*Illud relatum 3. §. 1. ff. de Injur. Carpz. Dec. 35. n. ult.* Nec enim malitii  
hominum est indulgendum *arg. l. 38. ff. de R. V.* ut sc. cuilibet in  
alterius existimationem grassari agendique licentia remoram  
injicere liberum sit, *l. 15. §. 27. ff. de Injur.* cum & aliis prohibe-  
ntem me uti jure meo meaque re, actione injuriarum con-  
venire possim, *per l. injuriarum 13. §. 7. ff. de Injur.* & quod pure  
ac per viam simplicis dispositionis non licet fieri, idem etiam  
multo magis sub conditione vel modo fieri prohibeatur *L. Se-  
jus & Agrius 27. ff. ad L. Falcid. Coler. Consil. 45. n. 29.* Quidquod eo  
casu, ubi factum illicitum conditio continet e. g. Si quis di-  
cat Titio: Si furtum feceris, es fur, non omnino cessare pu-  
tamus actionem injuriarum, sed pro re nata si dolum præ-  
sumtio quædam non excludat, maxime esse dandam. Et si  
enim illatio illa verissima sit, nullumque factum turpe Titio  
pure obijciatur: injuriosum tamen est, ac contumeliosum.  
Titio illam applicare, qui, uti quilibet alius præsumtionem,  
bonitatis habet, quemque ea, quæ lædunt pietatem & bonos  
mores nec facere posse credendum est, *l. 15. ff. de condit. Insti.*  
Nisi itaque admonendi, corrigendi vel jocandi dictum sit,  
vel aliis bonâ mente, haud certè effugiet injuriarum actio-  
nem. Et minus evitabit si erga superiorem e. c. judicem e-  
jusmodi evomuerit verba, e. g. si sententiam pro me justam non  
feres, non es bonus & justus Vir, siquidem pro judice maxima  
militat præsumptio, jus dicturum prout religio suggerit.

Th. XII. Pari ratione diversum planè à conditione in  
futurum tempus effectum sortiri eam injuriam, quæ vel præ-  
sens vel præteritum tempus respicit, exploratum est. Face-  
nim Titio turpe aliquod dixerim objectum esse; *si hoc vel  
illud fecerit, vel factum contigisse apparuerit, fur vel nequam est:* pro-  
ferens hoc sanè casu nec ab injuriandi animo se liberabit,  
neque per conditionis adjectionem quicquam adjuvabitur,  
nam quantum ad illum, nemo non ex verborum concep-  
tione dolosam præmeditatamque convitiandi libidinem ani-  
madvertit. Satis enim deliberasse judicatur de alterius perso-  
na contemnenda spernendaque, dum supposito facto, quod  
per-



peractum fere credit, convitium turpitudinemque applicat. Deinde conditionis adjectio frustranea nulliusque adeo valoris erit, eo, quod omnes conditiones ad præteritum temporis habitum relatæ, si de existentia illa constet, ne conditionis quidem nomen mereantur. Quemadmodum enim falsum, ruptum irritumvè testamentum nullum exitum consequitur, & sic testamentum plane non est, licet ultimæ voluntatis verbo apud imperitòs circumferatur, *Dd. ad L. 221. ff. de V. S.* ita nec ejusmodi conditiones quicquam suspendunt, sed injuria in alterius personam statim redundat, ipsique actionem, contra convitiantem largitur, atque inde haud immeritò à Cujacio *Quasi* conditiones, h. e. tales appellantur, quæ abusive & saltem improprie hoc nomine maximè insigniuntur. Sic ergo hoc casu idem est, ac si verba purè prolata fuissent. *Cujacius ad L. 37. ff. de R. C. Gædd. de contr. stipulat. c. 8. n. 37. & seqq. Harpr. ad §. . I. de Injur. n. 147.* Nec verò, quæ supra Th. IX. a nobis circa præteriti temporis conditiones allegata est distinctio, hic commodè applicari poterit: cum nec ignorantia ab injuriarum actione absolvat eum, qui effulis in alterum per se injuriosis verbis dolosam mentem & convitiandi libidinem satis clarè in lucem prodit. *L. Si non convicii. 3. C. de Injur.* Quicquid enim de suspensione injuriæ in casum perfectum quidem, sibi tamen ignoratum, & hoc intuitu futurum, oggannire intendat, dolus tamen, qui ex indiciiis circumstantisque colligitur, delictum infert. *l. 8. C. de rest. vend.* quod vel pœnam meretur *l. 22. C. de pœn.* vel remediis jure proditis vindicari potest. Scilicet: aut illicitum factum in se continet conditio, aut licitum. Priori casu, e. g. quando aliquis dixit: Si Titius furtum fecerit, non est honestus homo, sed fur, de injurioso animo hic satis constat, dum Titium, pro eo homine habet, in quem turpe factum cadere potest, & quod magis est, non erubuit illud supponendo, de quo certam notitiam nondum habuit, contumeliosa dicere verba. Posteriore casu, e. g. Si Titius Mæviam duxerit, eo magis injuria se prodit atque exerit, cum ob illud, quod licitum tamen

est, contumeliâ aliquem afficere injustissimum sit. Profecto, nisi illud statuamus, ad impunè delinquendum sponte sua invitarentur cives. Quotusquisque enim est, qui hominum, nescit nequitiam, & privatam vindicandi cupiditatem ignorat, qui sanè nihil non ad alterius famam existimationemque minuendam intentatum relicturi forent, si hanc sub certis limitibus ulciscendi ac convitiandi rationem concessam impunitamque viderent, quibus tamen malitiis hominum omni studio obviam eundum sit, *L. 38. ff. de R. V. Fimm. ad §. 1. I. de Injur.*

Th. XIII. Numne verò facti illiciti veritas ab injuriandi animo excuset, immensum quantum DD. dissentientesprehendimus. Plerique ob veritatem injuriarum actionem ajunt cessare, si crimen objectum tale sit, ut publicè id manifestari referat, atque delinquens apud Magistratum deferatur: tum quod provinciam hominibus nequissimis purgari oporteat *per L. Congruit 13. ff. de Offic. Præs. tum verò quod denunciatio hic omni calumniandi injuriandi que animo carere, & civitatis amore tantum id publicasse videatur. L. 18. ff. de Injur.* Exempla dari solent in latrone, fure, sacrilego, aliisque scelerosis ad Magistratum delatis, ut in crimen admissum ex officio inquiri possit, *L. ita vulneratus 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. vid. Hahn ad Wesenb. Tit. de Injur. §. 11. Gail. 2. O. 79.* Eodemmodo etiam cessabit, si quis coram Judice defendendi se causa non verò animo injuriandi alteri objiceret crimen, e. g. testem infamem dicat. Aliter autem res se habet, si non coram Judice, sed privatis æque hominibus turpia ejusmodi facta objiciantur. *L. 15. §. 11. ff. de Injur. Job. Oberi. Aurel. Sent. L. 2. c. 7.* quæ objectio cum injuriandi animo conjuncta, nisi contrarium appareat vel probetur, *L. 30. C. de Offic. Reç. Prov. Ord. Crim. Art. no. in fine.* Sin verò convicium Rempublicam non tangat, sed privatorum hominum corporis habitum respiciat, nec dolus abesse creditur, neque vindicandi remedium injuriam passo denegandum *L. 5. C. de Injur.* Quamvis contrarii probationem h. e. dolum abfuisse proferenti permittendum esse statuunt

statuant Gomez L. 3. Resol. 6. n. 2. Mynsing. 4. O. 4. Gail. 2. O. 99. Cod.  
varr. 1. Resol. 11. n. 6. § 7. Jul. Clar. L. 5. §. Injuria n. 15. Wesenb. Parat.  
ff. n. 8. Vinn. ad §. 1. J. de Injur. Atque hanc quam attulimus di-  
stinctionem in Praxi receptam esse testatur *Christin. Vol. 4.*  
Dec. 202. n. 32. Quamvis non negandum, ejusmodi injurian-  
tem, si de veritate constat, mitius esse puniendum. Quibus  
ita constitutis, facile apparet, in quantum facti veritas in  
conditione positi liberet ab actione, vel excusationem mere-  
atur. Operæ pretium erit illustrandæ huic nostræ senten-  
tiæ lucem ex Responso inclytæ Facultatis Wittebergensis ad  
requisitionem G. E. zu C. à Magnif. Dno. Præside mihi com-  
municatò, fœnerari. **Habt ihr gegen E. Fleischer Knecht/**  
**als ihr in der Bierzeche zusammen kommen/ und besagter Fleis-**  
**scher Knecht euch mit anzüglichen Worten angegriffen/ ges-**  
**sagt: Du und dein Meister habt böschliche Hämme geschlach-**  
**tet/ und wenn ihr solches gethan / habt ihr gehandelt als die**  
**Schelme/ und es hat euch besagter W. injuriarumbelangen/ auch**  
**es so weit gebracht/ daß euch K. H. eine Christl. Abbitte**  
**zu thun/ und die Unkosten zuerstatten/ so wohl auch 8. Thl.**  
**Straffe zuerlegen/ oder 14. Tage gefängnis zuerdulden zuer-**  
**kand worden/ nach mehrern Inhalt eures Berichts/ und der**  
**Bezlagen. Wenn nun gleich ermeldter W. sich mit G. E.**  
**so ihm dergl. fürgerichtet/ vertragen/ und daß solches auß bö-**  
**sen Gewissen geschehen einige Vermuthung sich ereignet/ im**  
**übrigen ihr die Worte mit Condition und gewisser Bedin-**  
**gung geredet/ und insonderheit dieses euch zustatten zu kom-**  
**men scheinet/ daß ihr gleichwohl/ daß dem also sey/ wie ihr**  
**vorgegeben/ durch Zeugen beygebracht/ dem Publico auch dar-**  
**an gelegen/ daß solches höchst nachtheiliges Beginnen offen-**  
**bahret und gestraffet werde. Dennoch aber und dieweil einen**  
**jeden sich mit dem andern in Parthey Sachen zuvergleichen**  
**nach**

nachgelassen/ und darauß eine beständige Præsumption, daß solches ex conscientia delicti geschehen / nicht zumachen/ hiernächst auch mit Bedingung außgestoffene anzügliche Redden/ nichts desto weniger/ wenn die Worte an ihm selbst injuriosa, vor Injurien zuachten/ massen sonst ein jeder dergl. mit Bedingung umbschränkten Redens-urthen / wenn selbige zulässig/ sich gegen einen andern / an welchen Er sein Müthlein zu kühlen gesonnen/ sich bedienen würde/ denn da ihr die Wahrheit an dem Tag bringen wollen/ solches nicht durch Schelt-Worte/ sondern vermittelst gebührenden Angebens bey der Obrigkeit ins Werk setzen sollen. So möget ihr durch die von euch vorgebrachte Capita defensionis von demjenigen was euch im Urthel zuerkand/ nicht befreyen/ ihr seyd aber gleichwohl in Ansehung/ daß/ wer die Wahrheit redet/ etlicher massen zu entschuldigen / mit einer mehrern Straffe als 6. Tage lang mit Gefängnis oder 4. Thlr. Geld- Busse nicht zubelegen. Es ist euch auch mehrgedachten W. Verbrechen der Obrigkeit zu fernerer Untersuchung/ weil aus dem Zeugnis/daß W. außgeschlachtet/ und mit dem Vorki- chten Fleische jemand hintergangen/ nicht zu befinden/ zu denunciren unbenommen W. R. W.

Th. XIV. Utrum verò conuento actione injuriarum reo exceptionem veritatis opponenti jusjurandum super ista exceptione actori liceat deferre, quæstionis est non satis admodum expedita. Finge intentionem actoris hanc esse, objecisse reum sibi adulterii, vel furti crimen; fac porro reum haud inficiari factum, sed excipere de veritate, ac committere conscientia actoris, numne sit adulter, num vero sit fur? quo vel simili casu sæpius disceptatur, ane jusjurandum præstare reus sit obstrictus? Quæ quidem quæstio otiosa non est; licet enim veritas convitii non semper excuset, mitiorem tamen



tamen pœnam, prout supra fuit dictum, illum mereri qui verum convicium objecit, expeditum certumque est. Sanè si ex jure Civ. decidenda sit hæc quæstio, affirmativa sine omni dubio obtinere videtur, cum in causa criminali, ubi directò criminis reus postuletur, jusjurandum liceat deferre L. 6. §. 5. l. 28. §. 6. de Jurej. Cur ergò non excipienti, quem favor aliàs defensionis multum juvat, super delicto deferre juramentum liceret? Postquam tamen hodiè placuit communiter in causis criminalibus, ubi pœna capitalis vel corporis afflictiva locum invenit, jurisjurandi delationem non admitti & propterea quidem, ut periculum perjurii evitetur. *Moller. P. 4. C. 42. Cothm. Vol. 2. Conf. 82. Carpz. L. 3. Resp. 44. 45.* quæ sententia in novissima Dec. Saxon. 17. haud obscurè probatur: Ex identitate rationis haud malè dici potest, nec jurisjurandi delationem super exceptione veritatis criminis objecti, quod gravem ejusmodi pœnam meretur, esse admittendam. quis enim non videt magnum hîc subesse periculum perjurii, quando certum est, actorem detrectantem juramenti conditionem, confiteri crimen, atque sic exponere sese pœnæ à Lege statutz. Quæ ipsa sententia ab æquitate se commendat, quandoquidem iniquissimum est, quemlibet nequissimum hominem optimum & honoratissimum virum eò adigere posse, ut sacramento affirmet, se adulterum &c. non esse, atque sic in effectu juramentum purgatorium præstet, alias sine sufficientibus indiciis non habens locum. Quod quando licet, non parum augebi, libidinem hominum convitiandi. Sanè parum huic malo consultum erit, per juramenti malitiæ necessitatem; cum illi, cui nullum piaculum est, famam aliorum laceffere malitiosè, non ad eò multum momenti in malitiæ juramento positum videatur, quod quàm sæpissimè sine ullo metu periculi alicujus, vel animæ deliberatione videmus præstari. Nos quidem non fugit secundum priorem juris Civilis sententiam à Collegiis juridicis quibusdam harum terrarum fuisse responsum: novimus tamen etiam, Supremo Appellationum judicio posteriorem sententiam placuisse. Interim si delictum objectum,

C

non

non adeo magni momenti sit, nec criminalem poenam mereatur, facilius admittendam esse juramenti delationem super exceptionem veritatis nullum dubium est indistinctè juramentum praestare debere: cautela erit haud contemnenda, ne injuriatus male sibi conscius injuriarum suscipiat actionem, sed vel dissimulet injuriam, vel si id commodè fieri non possit, consulat sibi licita retorsione. Illud obiter notamus qui veritatem convitiis vel criminis objecti probare vult, non satisfacere officio, si aliud & simile delictum probet; sed opus esse, ut specificè illius facti probationes afferat, quod objectum est actori. Non pigebit verba Responsi Witteb. de Mense April. 1693. adscribere hanc pertinentia: In dergl. Fällen auch/ Wenn ein Bekl. die vorgeschützte Exceptionem veritatis behaupten wil/ nicht gnug/ daß er durch Erweisung anderer Factorum, einige Untreu auf dem Kläger bringen/ sondern dasjenige/ was er diesem beygemessen/ specificè beyzubringen gehalten.

Th. XV. Obiter hic monendum censemus, inanem quoque & sine fructu illorum esse solertiam, qui injuriosis suis, quos in alios effundunt, sermonibus, contestationes, aliasq; mentis declarationes praemittere solent: se quicquid injuriosi comminiscuntur, non convitiandi, sed juris sui conservandi causa prolatum velle. Nam licet effectum protestationum, haud ignoremus, sed ipsum esse optimè noverimus, per quod jus nostrum conservari possit, imo pro infecto juris intellectu habeatur, quod tamen maximè factum locutumvè est: Illud tamen non adeo crudè, ut fieri solet, sed ita accipiendum est: Conservari jus protestantis, si quod habeat, ipseque actus Legum dispositioni non refragetur, *L. Debitoris 2. C. debitor. vend. pign. imped. non poss. Ill. Stryk. de Cautel. Contr. §. 2. c. 8. §. 48.* Sed quis unquam Legibus hoc proditum ait remedium, ut ad nostrum jus asserendum, in alterius famam ac existimationem grassetur. Jurium tuitioni utique studendum erit, sed ad illicita remedia non statim est prouendum. *L. 5. C. de I. jur.* Nonne Leges ipsæ omne convitiandi studium è Republica longius abesse jubent? *Ord. Polit. de ao. 1548. §. 1577. Richrer. Vol.*

II. *Confl.* 357. Et quæ hæc est mentis declaratio injuriandi animo non facere, quod tamen maximè injuriosum est, & immi- nuenda famæ alterius inservire debet. Vulgatum est nec sine ratione DD. assertum: Protestatio facta contra Legis dispositionem, & super eo, quod non dependet à voluntate, partis protestantis, sed ex Legis dispositione, interposita, profrustranea, irrelevante, nec quicquam operante, meritò habetur. *Guido Papæus qu. 172. Gail. 2. O. 101. n. 1. C. Wesf. ad. Tit. de Injuriis n. 8. Carpz. D. 35.*

Th. XVI. Quod de præteriti temporis conditionibus dictum est, illud omnibus quoque adjectionibus, quæ præsentem quandam casum respiciunt applicari poterit: sive coram sive alibi contingat, vel contingere dicatur; unde brevitatis causa ad supra latius deducta nos referimus. De cetero, quemadmodum ea, quæ ante nos sunt, & coram nobis intuentibus fiunt, non possunt non vera certaque esse, & præsentem quoque injuriandi animum declarare, puramque producere obligationem §. 6. 1. de V. O. contra quam in conditionalibus negotiis usu venire solet, ubi actus non ex necessitate aliqua provenire, vel jamjam extare, sed ita sese habere debet, ut aliter atque aliter evenire, esse & non esse, fieri & non fieri possit; uti quidem Logicorum doctrina de contingentibus, vel in triviis pervulgata, requirit. *vid. Gomez. Resol. L. 1. Resol. 12. n. 63.* Et si maximè illa quæ in præsens fiunt, apud nos incerta sunt, e. g. Si dixeris: si Titius hoc momento concumbit cum Caja, est adulter. Si Cardinalis Bullionæus hoc tempore eligitur Episcopus Leodicensis, tu es nebulo &c. nihilominus danda est injuriarum actio, ob ea quæ Th. XII. à nobis dicta.

Th. XVII. Non sine limitatione tamen & esse ea, quæ de præteriti & præsentis temporis conditionibus hæctenus sunt allata, ipsa rei docet evidentia. Etsi enim injuriandi animo non profusus carere videretur, qui ob factum aliquod commissum bonam alterius famam contra bonos mores proscindere conatur, *L. 5. C. de Injur.* alia tamen longè mentis conjectura

capienda, si factum ipsum, quod injuriati culpa contigit, ita comparatum sit, ut in alterius contumeliam jusvè ejus imminuendum fecisse videatur, unde alter justò dolore motus, sui juris famæque cōservandæ causâ prolatas injurias in Autorem referre, verbisq̄ declarare intendit: eum boni civis honestiq̄ Viri nomen decoxisse oportere, qui existimationem alterius apud graves Viros maculare haud veretur. Rem ipsam naturali rationi non contrariari facîle patescit: Quod si enim malè feriatuſ homo in civis sui jura famamq̄ grassari non erubescit, quare id ipsum juris, quod in alterum æquum esse censebit, in seipsum quoque admittere recusat. *tot. tit. quod quisq̄, jur. in al.*

Th. XVIII. Longum ad eò foret, & instituti fines excederet, si lites hic DD. referre, ac collatis rationibus dispicere conaremur. Quæsitum illud num retorsionis privatæque hujus vindictæ & *à vradunkas* species Legi naturali rectæque rationi conveniat, nec ne, ut alios taceamus, jam ante nos Illustres Viri Struvius atque Pfannkuchius, hujusque demùm Antagonista Nobil. Slevogtius peculiari opera aggressi sint. Ad Leges publicas, ipsamque Legem imitantes rerum judicatorum autoritates nobis provocasse sufficiat. *vid. Blum. Proc. Cam. Tit. 2. n. 23. & 24. L. 38. ff. de LL. Rhet. I. J. P. L. 1. T. 1. §. 26.* Has enim Juris studiosum latere nimis turpe puditumque foret *l. 2. §. 43. ff. de O. I. cui nec asserendum quippiam, quod Legibus non conveniat Nov. 18. c. 5.* Injuriarum igitur retorsiones ex generali totius Germaniæ consuetudine, ne dicam Europæ receptas impunitasque civibus licere, DD. passim profitentur. *Dn. Struv. de Vind. priv. c. 10. aph. 6. per tot. Gail. 2. O. 101.* si modò ea non negligentur, quæ defensionis justæ ac legitimæ naturam constituent, quorsum spectat, ut in continenti, ex quo de illata injuria constat, iisdem verbis, quibus alter usus est, fiat, non verò ultra offensionem novâ planè contumelia inferatur. *Obrecht de necessar. defensione c. 2. n. 14.* Quod apud nos in Saxonia eò minus dubium existit, quando clara Serenissimi Electoris nostri ea de re promulgata Sanctio in Dec. novissimis exhibetur. *Dec.*



85. Tit. Ob in Verbal Injurien die Retorsion zulässig ist / quam etiam  
judicia tam superiora, quam inferiora sequuntur. *vid. Carpzov.*  
*L. 2. Tit. 5. Resp. 68.*

Th. XIX. Ne obscuriora fortè sint, quæ hucusque ex-  
posuimus, exemplis è DD. desumptis nobis illustranda erunt:  
Fac enim ita aliquem obloquutum esse: *Wosern du mich solches  
bezüglichest / hastu es erdichtet / als kein ehrllicher Mann / dafür  
ich dich halte / bis du solches erweisest.* Nulla hic alteri inferitur  
contumelia, unde nec actio ipsi competet, eò, quod apposi-  
tæ conditionis termini ipsum animum injuriandi excludunt;  
nihilque continent nisi retorsionem. *D. Philipp. Decius Conf.*  
*487.* Aut enim existere, aut cessare conditionem oportebit.  
Si illud, purgandæ exstimationis causa, non verò injuria in-  
ferendæ prolata censèbuntur verba. *L. 18. ff. de injur. L. 25. ff. de  
Procurat:* Sin hoc, pro non dictis ea reputanda esse, ipsius  
proferentis mente haud ineptè poterit inferri. *Farinac. de var.  
ac divers. Crimin. Qu. 105. Inspect. 7. n. 330. seqq. Schrad. de Feud. p. 9.  
c. 4. n. 115. Berl. P. 5. C. 64. n. 8.* Etenim dum suppositæ saltim,  
quàm ab alio percepit pro palationi pudorem alterius tangen-  
tia verba applicat, ex contrario sensu colligitur, cessare ea  
debere, si falsò saltem rumore audita nitantur. *Eyerhard. Topi-  
c. Legal. à contrario sensu,* idemque erit, ac si prioribus  
porrò annexa fuerint verba: *Hastu es aber nicht geredet / so sol-  
sen auch diese anzügliche Neden dir nicht gelten / sondern ich halte  
dich wie vorhin vor einen ehrllichen und honnèten Mann. Dn. Struv.  
de Vind. priv. c. 10. apb. n. n. ult.* Ad quam sententiam retorsio-  
nem sc. conditionaliter factam, ceteris paribus subsistere,  
nec retorquentem actioni injuriarum adstringere, non tan-  
tùm Dn. Scabini Lipsienses responderunt, uti videre est apud  
*Philipp. ad Dec. 84. O. 2. n. 25.* verum etiam summus Provocatio-  
num Senatus judicavit, ut tradit *Carpz. L. 11. R. 68.* Ubi tamen no-  
tandum, eum, qui sibi ipsi judex vindicæque extitit, ordinaria  
juris remedia amittere, si postea de veritate dicti apparue-  
rit. Optimè enim Legibus cautum prospectumque est, fru-  
stra implorari auxilium Legis ab eo, qui juris ordine postha-  
bito.

bitō, in causa propria iudicare, ac injuriam vindicare malu-  
it. per. L. Extat. 13. ff. quod met. causa. Habn. ad Wsenb. Tit. de Injur.  
n. 13. Carpzov. L. 2. Tit. 5. Resp. 68. n. 8. seqq. Struv. d. l. Quod si verō  
huic nostræ sententiæ, ea quæ Thel. XII. dicta obiciat; parata  
nobis est responsio multum interesse, an defendendi se ho-  
norem suum, aut retorquendi animo, an vero alio quis pro-  
ferat conditionem.

Th. XX. Commoda hic sese offert occasio ad aliam  
conditionum divisionem transgrediendi, quæ sc. in expressas  
& tacitas dispescuntur. Expressas illas vocamus, quando  
clare ac perspicue quis declaravit, se non nisi supposita hu-  
jus vel illius facti existentia alterius bonæ famæ aliquid de-  
tractum velle, & plerumque per supra allegatas notas chara-  
cteristicas arguitur l. 108. l. 10. de cont. & commat. stipulat. vid. Rie-  
mer. de Contract. c. 7. §. 3. n. 8. & §. 76. n. 21. Franzk. Disput. de Obligat.  
in genere. Tacitæ verō nobis illæ sunt, quando profes-  
rens non sub certi & determinati casus eventum alteri con-  
vitiū obijcit, ex circumstantiarum tamen habitu haud diffi-  
culter conjicitur, Autorem non nisi eveniente casu eum mo-  
vente impellenteque turpitudinem dictam atque prolatam  
voluisse. L. 1. §. 1. ff. de condit. & demonstrat. Gadd. de contrab. stipu-  
lat. c. 8. n. 139. Quemadmodum autem alias taciti eadem vis  
est, quæ expressi: ita & omnia quæ de expressa conditione di-  
cta huc poterunt applicari. Ponamus casum: Titio ab alio  
famam suam tangentia verba relata esse, quorum intuitu  
justo calore motus defendendi famam ac retorquendi causa,  
regessisse: Cajus rede dieses nicht von ihm als ein ehrlicher Mann/  
sondern als ein Ehrendieb. Cajus certe de injuria sibi illata  
non statim conqueri potest: Sed id prius videndum erit,  
num ea, ut fama quidem ferebat, in Titii famam iniquius di-  
xerit, his enim cessantibus, alter à convitiandi animo quam  
longissime abest, ipseque tacite injuriam non dictam voluis-  
se censetur, quando de casus tacite præsuppositi existentia  
non satis apparet, cum omnis actus, rebus ita, ut ab agen-  
te concipiebantur, habentibus, intelligendus sit: perinde  
atque

atque in emptione res tradita tacitam supponit conditionem, si pretium conventum solutum fuerit: quamdiu enim hoc non fuit solutum, vel fides desuper habita, traditio, quantumvis absoluta, nihil operatur, nec rei dominium transfertur *L. 19. L. 53. §. 2. ff. de contr. empt. §. 1. f. de R. D. Gail. 2. O. 15. n. 6. Stryck. de Causel. Contr. S. 2. c. 8. §. 24.* Sic quoque donatio liberos supervenientes tacite exceptos habet *L. 8. de Donat.* E quidem haud nos fugit, tacitas has condiciones pro puris haberi, nec actum, cui adjiciuntur, suspendere. *L. 99. de condit. & demonstrat.* Quod tamen in nostro themate expressarum imitentur naturam, nulli omnino dubitamus, cum d. l. 99. faltem de Legatorum transmissione loquatur, ubi contra Testatoris intentionem deficeret Legatum, quod vel maxime transire debuisset. *vid. Galganettus Tract. de Condit. & Demonstrat. P. 1. c. 3. n. 9. Habn ad Wesenb. ad eund. Tit. n. 4. & Tit. de Sponsal. n. 3. verbis: quedam pura Men. de arb. Jud. Quest.* De cetero, cum non omnibus mentis conjecturis regula praescribi possit, prudentis judicis arbitrio id omne relinquendum erit, qui ex circumstantiis facile inferre poterit, quando injuria commissa censetur, nec ne; inprimis, quando non omnem conditionem suspensionis vim habere supra exposuimus, & in nostro themate ad injuriandi quoque animum maxime est respiciendum.

Th. XXI. De tritissima conditionum divisione in impossibiles atque possibiles, harumque rursus in potestativas. casuales & mixtas partitione, non est, ut prolixiores conscribamus commentarios, sed ad DD. passim prostantes nos retulisse satis erit. Quamvis enim fateamur, non inutiles distinctas has conditionum considerationes esse, in voluntatum maxime ultimarum declaratione, & ubi contrahentium placitis contractus forma est permessa. *L. 7. ff. de Pact. Galganettus P. 1. C. 101.* In nostro tamen argumento parum referre videtur, utrum conditio injuria adjecta facile aut difficulter vel plane non effectui dari, atque contingere possit, prout ex exemplis supra a nobis allatis satis patet.

Th. XXII.

Th. XXII. Superest, ut reliquam conditionum divisionem in suspensivas sive constitutivas & resolutivas nostram quoque faciamus. *Eisenhard in jurisprad. doctrina genentl. c. 6. §. 3.* Prioribus communicatam supra descriptionem indeque deductas observationes applicare posse, putamus. Resolutivas verò illas vocamus, quæ injuriam sub futuro aliquo eventu resolvunt atque tollunt. *arg. L. 2. de in diem ad diem. L. 1. de L. commiss.* Tametsi enim de constitutiva maxime nobis sermo sit, sicut & eadem principaliter hoc nomine insigniri solet, Resolutivarum tamen considerationem haud prorsus negligendam esse censemus; tum quod iisdem regulis, media licet ad oppositos fines deducenda concernentibus, consentiant, tum quod oppositorum considerationem ad dilucidationem præsentis disquisitionis faciat. Sicut enim actus constitutivus & resolutio ad invicem relata & opposita quasi sunt, veluti: Si Titium iniquius de me locutum fuisse apparebit, calumniator esto, & Titium civem aequè honestum iudico, si æquum famæ meæ æstimatorem sese præbebit; Prioris quippè casu suspenditur constitutio, & injuria aliàs perfecta. Posteriori verò, convitium dictum resolvitur sub contrariis conditionibus, ita quoque unaquævis vel constitutio sola, vel resolutio sola, ut in constitutione sit tacita quædam resolutio, & contraria mentis declaratio, & contra, in resolutione tacita quædam constitutio. Omnis enim conditio ita concepta esse debet, ut contrarium etiam implicet in contingentia & possibilitate. Exemplum prioris vide supra Th. 18. verbis: *Hastu es aberic.*

Th. XXIII. Ceterum cum conditiones omnes mentis voluntatisque nostræ restringendæ limitandæve causa potissimum adinventæ sint, eadem hæc, quæ de injuriis verbis ore prolatis conscripta sunt, eodem planè modo ad scriptas injurias, & famosum adeò libellum utique referri posse, unicuique satis liquet. Quod enim oris, ut sensa mentis exprimat, officium est, id manu quoque & calamo expedire potest. Quando utraqûe instrumentorum vice funguntur.

Fac





Fac igitur per literas conditionalem fuisse objectam injuriam, decisionem quoad adjectionem ex supra dictis haurire licebit. De famoso libello verò ita sentimus, nunquam conditionem adjectam excludere crimen, cum nec ob veritatem unquam cesset, licet mitior pœna inveniatur locum. *Heig. P. II. qv. 31. n. 43.* De factis verò otiosam quæstionem esse, nemo sanus facile negabit, cum ea, alteri illata, non possunt non injuriandi animum præ se ferre, ut nec per rerum naturam suspensiva conditionis adjectio concipi possit. Et licet verbis antea declaretur, quam ad arma factaque deveniatur &c. verba tamen facta sunt contraria, & ob injuriam commissam actionis exercitium natum atque perfectum producet. Planè quoad arrestum dari posse casum, ubi tacita vel expressa conditio, si labatur bonis debitor impedimento esse potest injuriarum actioni, arbitramur. *Conf. Resol. Gravam. §. 9.*

Th. XXIV. Minas verbalem injuriam secum ferre communis DD. est opinio *Wesemb. L. 7. Conf. 305. n. 3.* Intelligunt autem illas, quibus civis civi vim injustam vel factum illicitum minatur. Opportunè ergo hoc loco quæri potest: numne minæ, sub conditionum formulis prolatae, ab injuriarum liberatione actione? qua de re notabilem admodum facti speciem habet *Wesemb. d. Conf. 305.* ubi Nobilis aliquis sequentem in modum ad Cameram Imperii scripserat: *Derowegen wann (conditio impossibilis) Anwalds Principal durch E. Gnaden Erkendnis (mandati inhibitorii & citationis) nicht solte geholffen werden/ darum Er unterthänig und fleisig wil gebethen/ und deren Hoch-Adel. mild-Richterl. Umbt angeruffen und imploriret haben. So ist N. vorhabens/ so wahr ihn eine eheliche Mutter zur Welt getragen/ seine Freunde und gute Gesellen/ und alles was eine Adel. Uder im Leibe hat/ auff das baldest Er die haben mag/ umb Hülff und Rettung sich in bester Form Rechtens und Gewohnheit geschehen soll*

soll/ kan oder mag/ bezeugend für Gott und männiglich/ daß  
Er diejetigen so er hierzu gebrauchen werde / solches nicht Un-  
fried oder Unruhe im Heyl. Röm. Reiche zuerwecken / sondern  
zu nothdürfftiger zugelassener Defension und Rettung seiner  
Güter / Leibes Ehren/ und Adel. Geschlechtes und Nah-  
mens/ fürnehmen und thun müß. n. Nolumus excutere ea,  
quæ habet Wesenb. d. i. ubi factum illud excusare quodammo-  
do conatur; sed paucis dicamus, quæ nobis in Thesi hæreat  
animi sententia. Scilicet, quoniam vim alteri inferre non licet,  
nec publica tranquillitas patitur, ut privatus sibi jus dicat, at-  
que concivem privata autoritate facto suo adigat, ut præstet  
quod sibi debere existimat. L. 13 ff. quod met. causis. L. 4. C. Fin. re-  
gund. L. Si quis in tantam 7. C. unde vi : conditionem adjectam  
non excludere actionem injuriarum, arbitramur, si maximè in  
futurum sit concepta. Quamvis neutiquam negemus, arbitrio  
judicis hac in re multum relictum esse, qui modò durius, modò  
mitius in minantem pro renata animadvertere potest, prout  
nempe conditionis eventus facilius aut difficilius contingere  
potest, aut aliæ circumstantiæ concurrunt. Planè eas minas,  
quæ in diffidationem incidunt, eandem pœnam ac diffidatio  
pura mereri, minus dubium est, atque id abunde docet *Constit.*  
*15. D. Augusti P. IV. ubi Carpz. d. 1. Friderus Mindanus Proc. Cam. L. 1.*  
*6. 25. Sect. 3. Wesenb. §. 4. 7. de publ. Judic.*

Th. XXV. De Blasphemia denique notamus, cum DEO  
O. M. homines pro immensis innumerisque in eos collatis be-  
neficiis ad omnem pietatis cultum sint obstricti, & summa sem-  
per opè niti deceat, ne divinam ejus majestatem verbis factis-  
que unquam offendamus: nihil planè quod summa ejus attri-  
buta tangat vel contrarietur, neque purè neque conditionali-  
ter proferre debere, cum nunquam temerarios suæ Majestatis  
contemptores impunitos relinquat, imò totas quoque provin-  
cias regnaque ea propter puniat *Nov 77. c. 1. §. 1.* sed non atten-  
tâ limitationè, Blasphemiæ pœna locum habere, cum ad pœ-  
nam inferendam, injuriosa in DEUM verba prolata esse, satis  
sit.

fit. *vid. R. J. Wormat. 1495. Tit. Königl. Cat unng von Gottes Laster* / *conf. quoque O. P. 1548. & 1577. Tit. eod. ubi cavetur, nullum hic personarum respectum locum habere debere, sed omnes seu Nobiles seu plebejos eadem pœna afficiendos esse; unde & Clerici ob enormitatem delicti, & quod hujus criminis rei gravius quodammodo peccent, eidem pœna ac alii subjiciuntur, quod Carpzovius præjudicio probat, & Pastori cuidam in Principatu Anhaltino gladii pœnam irrogatam esse refert in Pr. Crim. P. 1. qu. 45. n. 51. Judicis tamen prudentis arbitrio id omne relinquendum erit, num ob circumstantias & delictum mitigantes qualitates leniorem pœnam irrogare liceat. Illustramenti loco hæc hominis alicujus verba, de quibus celebre aliquod Ictorum Collegium sequens Responsum, à Patrono quòdam mihi communicatum pronuntiavit, adjicere hic lubet.*

Ist Titius ein ordinirter Pfister mit einen seinen Fingerringen von Adel Sempronio seiner Priester. Einkünfte und andern Gebührens halber / in einen kostbaren Proceß verwickelt worden / und als Er davon abzukommen seinen Reichthum Cajum umb interposition angesprochen / derselbe es aber abgeschlagen / hat Er darüber sich sehr betrübet / und ist endlich unterwehrenden Discurs in diese Worte heraus gebrochen: *Gott du bist ein gerechter Gott / und ein barmherziger Gott / nach deiner Gerechtigkeit straffest du / nach deiner Barmherzigkeit hilffest du / du weißt daß ich eine gerechte Sache habe / du weißt mir in meiner gerechten Sache beystehen / und soltest du mir in meiner gerechten Sache nicht beystehen / so wolt ich sprechen du wärest nicht des Himmels werth / oder nicht werth / daß du im Himmel wohnst. Nachdem nun Cajus diese Worte vor Gottes Lasterlich halten wollen / hat Titius, daß Er sich auff die Hülffe Gottes verlasse / und darauff troste sich erkläret; Und es hat sich darauff begeben / daß Sempronius / nachdem er hiervon Nachricht bekommen / deswegen ein Schriftliches*

Attestat von Cajus begehret/ auch/ wiewohl mit Auslassung  
der Worte/ darinnen Er Gottes Gerechtigkeit/ und Barm-  
herzigkeit gerühmet erhalten. Dieweil nun darauß Sem-  
pronius solche Worte mit Beylegung des Attestats der Obrig-  
keit denunciret/ hat Titius zur Verantwortung sich stellen  
müssen/ und ist darüber in eine neue Angelegenheit gerathen/  
indem obige Worte vor Gottes Lasterlich angegeben und ge-  
halten worden/ nach mehrern Inhalt eures Berichts. Wann  
nun gleich Titius/ als Er zur Verantwortung erschienen/  
sich alsobald erkläret/ daß er keinen animum Gott zulkü-  
stern gehabt/ sondern die angeführten Worte aus einem rech-  
ten Vertrauen zu dessen Hülffe geredet/ welches auch Cajus,  
daß er also darvor hielte/ in seiner Aussage bekräftiget/ und  
hierzu kommt/ daß Titius vorher Gottes Gerechtigkeit  
und Barmherzigkeit ausdrücklich gepriesen/ wie Er denn fort-  
ffen allenthalben ein gutes Zeugniß hat/ und sich in seinen Le-  
ben wohl verhalten/ auch nicht wohl zu glauben daß er/ als ein  
Priester/ und der sich zum Dienste Gottes geeignet/ von dem-  
selben lästerliche Reden führen sollte;

Demnach aber/ und dieweil Titius als ein Diener Got-  
tes wissen sollen/ daß die zeitlichen Dinge in Gottes Willen zur-  
stellen/ und mit keinem Trog zueerbitten/er auch nicht gewiß seyn  
können/ ob seine Sache so gerecht/ als Er ihme dieselbe einbit-  
det/ zueründen/ sondern darüber andere richten lassen muß/ und  
da gleich dieselbe noch so gerecht wäre/ Gott dennoch derselber  
beyzustehen/ aus keiner Schuldigkeit verbunden/ sondern durch  
Verhängniß zum öfftern / aus Ihme allein beywohnender  
Ursachen geschehen läset/ daß in den allerechtesten Sachen  
unrechtmäßige Urthel gefällt werden/

Hier

Hierüber die außgestoffene Worte sehr ärgerlich schreyt/  
und einen Gotteslästerlichen Verstand nach sich ziehen/ in dem  
Sie Gottes Ehre angreifen/ und bey Entstehung dessen Hülff-  
fe ob Er werth sey/ daß Er im Himmel wohne in Zweifel zie-  
hen/ So erscheinet darauff allenthalben so viel / daß Titius  
alsofort nicht zu absolviren/ Würde Er aber Eydlich er-  
halten / und daß er die angeführten ärgerlichen Worte anders  
nicht/ als dahin verstanden/ daß Er auff die Hülffe Gottes in  
seiner Sache sich so gewiß verlasse/ als derselbe wahrhafftig in  
Himmel wohne/ schweren/ So wäre Er zwar mit der or-  
dentlichen Straffe der Gottes-Lästerer zuverschonen/ nichts  
desto weniger aber wegen seiner Unbefonnenheit/ und daher ge-  
gebenen grossen Argernüßes seines Dienstes beyder Kirchen zu-  
entsagen. B. N. W.

Th. XXVI. Ex deductis hactenus à nobis haud difficul-  
ter colligere licet, non omni profus effectui destitui has in-  
juriis adjectas conditiones, sed utique vim suam potestatem-  
que quandoque habere. Quod si enim uti supra monui-  
mus, hæc superadditæ mentis nostræ declarationes ab injuri-  
andi animo aliquem excusare possunt, licet verba primò sta-  
tim intuitu alterius famam tangere videantur, de actionis  
competentia, ceterisque vindicandi remediis inde judicium  
formare licebit. Supposito enim hoc, injuriarum actiones  
non nisi injuriis vindicandis inservire, ac tum demum nasci,  
quando de verbis injuriosis, dolosa mente in alterius famam  
prolatis satis apparet, eum certè à judicio removendum esse,  
qui de injuria illata conqueritur, cujus tamen primarium &  
substantiale requisitum convitiandi nimirum animus deficit  
atque cessat. Unde reus hoc modo conventus, exceptione  
non competentis actionis tutus erit, ac omnia actoris arma  
inutilia reddet atque enervabit. Optimè id ipsum confide-  
ralleprehendimus Provocationum supremum Senatum a-

pud *Carpz L. 2. Resp. 38.* qui reum ex conditionali injuria conventum ab instituta actione absolvere haud dubitavit.

Th. XXVII. *Quaestio*nis verò est, si actor asserat, purè illatam esse injuriam, reus nisi sub conditione certa<sup>que</sup> verborum restrictione mentem declaratam intendat, cuius probationis onus, ut fides judici fiat, imponi debeat? Respondemus: cum actoris intentio in adversarii confessione factis sit fundata, dum injuriosa verba in alterius famam prolata negare haud potest, reus excipiende actoris partes subibit, h. e. restrictionem atque adjectam conditionem noviter assertam probare debet. *L. 19. ff. de Probat. L. 9. C. de Except. ibiq; Brun. vid. Franzk. L. 2. Resol. 20. confr. Koch. Pr. For. Germ. P. 4. c. 17. §. 5.* quod eam claram probatamque fieri, sua maxime, ad evitandam condemnationem referre possit. *Brunem. Proc. Civ. c. 16. n. 17. Zang. de Except. L. 3. c. ult. n. 144.* Cum aliàs certi explorati<sup>que</sup> juris sit, eum, qui intentionem actoris confitetur, & saltem in accidentalibus quibusdam adjectionibus quæ abesse vel adesse poterunt, suam exceptionem fundat, ad exceptionis suæ asserti<sup>que</sup> probationem omninò adstringendum esse. *Carpzov. in Proc. Tit. 22. art. 3. n. 7.* Cui accedit, quod regulariter quævis injuriosa verba dolosà mente prolata cenleantur *L. 5. C. de Injur.* unde reus convitia factus ad excludendum dolum conditiones appositas probare, ac præsumptionem contra se militantem elidere tenebitur. *vid. Dornsp. de Except. c. 1. P. II. ibiq; alleg. Pacian. Teplat. P. 3. Tit. 349. Col. 2. v. extendatur.*

Th. XXVIII. De cetero, quemadmodum sæpenumero adscriptæ injuriis conditiones supervacua<sup>que</sup> atque nullius adeò momenti esse solent, ut ex antea dictis apparet, ita quin ex injuria commissa ubi de dolo liquet & constat, non obstante contrariæ mentis declaratione, actio nascatur, effectumq; sortiatur, extra omnem controversiæ aleam positum esse censemus. Unde injuriatus tam ad proprium, quàm ad publicum interesse agere, (vel à Judice hujus ratio ex officio haberi) poterit, atque ille omnia demùm, quæ ad vindicandam inju-



injuriam spectant, jure prodita remedia, in utilitatem suam  
vertere, alteriusque convitiandi libidinem coercere valebit.  
Quas, proin actionum formulas, & quæ communiter de illa-  
rum requisitis, contrariis, affinibusque remediis recensent,  
hic à nobis referri nimis longum foret, & ab instituto no-  
stro longè alienum. Neque enim injuriarum materiam ge-  
neraliter considerare ac DD. scrinia compilare instituimus.  
Interim videantur *Bachovius ad Treutl. b. t. Majerus in Colleg. Ar-  
gent. b. t. Mohr. & Lauterb. special. Dissert. de Injur.* Supra jamdum  
exposuimus, quandoque injuriola verba in alterius perso-  
nam conditionaliter referri licere, quo casu non tam injuri-  
am esse commissam, quam famam, ex vulgi opinione læsam,  
iterum purgatam, & crimen propalatum, per legitimum ju-  
ris remedium in Autorem suum iterum conversum, atque col-  
latum *l. i. ff. de Injur.* Uti vero retorsio retorsionis non datur  
per Dec. noviss. Saxon. §. ita ineptè, nec citra novum actionis  
metum in retorquentem alia demùm evomuntur convitia. *Dn.  
Stryk in Not. MSCta ad Lauterb. Compend. Tit. de Injur.*

XXIX. Priusquam finem operæ imponamus, hanc adhuc  
quæstionem coronidis loco expendere juvabit: Utrum sc. inju-  
riatus pendente conditione vel aliàs tamdiu pro infami sit ha-  
bendus, donec vel actione instituta, vel alio extrajudiciali mo-  
do convitium ultus fuerit, vel in alterum injuriam iterum re-  
jecerit. Vulgata quidem hæc est quorundam opinio, atque u-  
tinam eam non sublimiora pectora ingeniaque amplecteren-  
tur. Nil certè frequentius in vita hominum civili observare li-  
cet, quam injuriatum hunc esse, proptereaque omni consortio  
honesto arcendum repellendumque. *Er seye geschimpft oder  
gescholten/ dahero könne man nicht mit ihm conversiren oder ihn in  
einer redlich erlernten Zunft lassen und dulden. vid. Beyer. Tr. de Ju-  
re prob.* Verùm enim verò, quam lubricò, hæc inveterata apud  
Germanos corruptela, fundamentò nitatur, nemo puto intel-  
ligit, nisi qui nihil intelligit. Quotusquisque enim est, qui exi-  
stimationem famamque nostram tot laboribus meritisque in  
Rempublicam acquisitam, in pravissimi perditissimi que homi-  
nis

nis arbitrio constitutam asserat, ut ex illius autoritate volun-  
tateque nunc ad infames, nunc ad alios iterum referendus sit.  
Totius Reipublicæ est, de civium factis meritisque judicare,  
unde & non hujus, non privati hominis judicio, quid ejus vi-  
ta commereat, relinquendum erit. *Pufendorff. de Offic. hom. & civ.  
c. 14. §. 5. & 10.* Et sanè in ambiguo admodum nostra fama con-  
stituta esset, si cujusvis hominis petulantia hæc ratione expo-  
neretur. Injuriantis potius facinus notam censuramque mere-  
tur, quod relicto officio in alterius famam grassatus fuerit, &  
tamen innocens ut plurimum injuriatus vindictam poscere &  
famam suam alterius convitiis, quantum in hoc fuit, imminu-  
tam vel ablatam esse, fateri quasi cogatur. *L. 22. ff. de his qui not.  
inf. L. 1. C. ex quib. caus. inf. irrog.* Longè rectius sentiunt ii, qui  
injuriatum eadem semper æstimant famâ, licet à vilissimis in-  
sultatus, nullam desuper quaestionem actionemque moverit.  
*Carpzov. Pr. Crim. P. 2. Qv. 95. n. 90. & seqq. Schilter. Exerc. 49. th. 30.*  
Quod verò ad extrajudicalem illam quorundam *αυτοδικία* at-  
tinet in ejus moralitatem latius inquirere, supersedeo, ne mo-  
rem tyrannum accusasse videar, aut etiam censuram re-  
probatorum incurram. *Conf. Becmann. Pol. Parall. c. 22. §. 2.* Non  
tamen mihi temperare possum, quin vota nuncupem, ut uni-  
versa Germania, uti Gallorum vitiis imitandis, maximo sui i-  
psius malo, frenuè operam collocat, ita & inimica gentis vir-  
tutes æmuletur, atque illius exemplo ferio sollicita tandem ali-  
quando sit, qua ratione tum convitiandi, aliisque temerè  
insultandi pruritus, tum belli privati libido  
penitus extirpari possit!

**SOLI DEO GLORIA.**





## COROLLARIA

I.

Status Imperii propriè non gaudent majestate.

2.

Clausula Codicillaris in casu posthumi igno-  
ranter præteriti vim utique habere debet, cum  
Testator non longo tempore post natum post-  
humum supervixit.

3.

Fur à carnifice suspendendus, ruptò laqueo  
incolumis in terram decidens, ex æquiori senten-  
tia dimittitur.

4.

Hæretico fides est servanda de jure naturæ  
& gentium.

5.

Liberi legitimated per subsequens matrimo-  
nium in feudis non succedunt.

6.

Pontifex communionem uxorum asserens  
Nicolaitarum hæresi involvitur c. dilectissimis c.  
12. qv. 1.

E

Eximio

*Eximio & excultissimo Juveni*


DN. CHRIST. FRIDER. KNAUTHIO,

publicè disputanti

PRAESES.

**E**X quo ad commendationem  
Avunculi tui Consultissimi  
Viri, & veteri amicitiae jure jun-  
cti, usus mihi & consuetudo tecum  
intercescit, multis argumentis  
convictus certò mihi persuasum  
habui, te frugi esse studere, ratio-  
nemque vitae tenere optimam, at-  
que omni industria, & summo stu-  
dio contendere ad veram soli-  
damq; æqui bonique artem. Quæ  
res benè tibi cecidit, atque laudes  
tuas, quibus suffragari me non pi-  
get, auget magnoperè, cum satis  
tibi



tibi non sit, semel patefacto publicè disputandi aditu, omnibus eruditionem & industriam approbasse, verùm iteratò decernas in publicum prodire, & denuò ingenii, cuius bene eleganterque formatum partum nunc edis, experiri vires. Igitur habeo, quamobrem tibi vehementer gratuler, foroq;, in cuius lucem pròdìre tibi est constitutum, te aptum bonumque virum spondeam, & expetam votis omnibus, ut propositam virtutis mercedem capeffas, atque tum Patriæ, tum tuis, tum & tibi prospere feliciterq; cumulatissimos referas fructus. Benevale. Wittebergæ  
Saxonum III. Kalendas Aprilis.  
M. DC. XCIV. 

**S** kan ein munder Geist nicht stets in finstern liegen/  
Die Tugend heisset ihm auch treten an das Licht.  
**W**er stets den Schatten Liebt ist niemahls hoch gestle-  
gen/

Und wer die Sonne scheut/fühlt ihre Wärme nicht.  
Er/ **W**ERLICH/ hat genung den stillen Fleiß geliebet/

Und in der Einsamkeit sich Tag und Nacht bemüht/  
Er hat den klugen Geist nun lang genung geübet:

Drum soll die reife Frucht verwechseln ihre Blüht:

Es soll die kluge Welt/ durch diese Schrift erfahren/

Das die gebrauchte Müß/ wohl angewendet sey.

Der Himmel segne es/ und leg in wenig Jahren

Dem Fleiß den theuren Lohn / und tausend Schätze  
bey.

Indessen wird mein Geist sich in der Ferne freuen/

Wann mir von dessen Glück laufft eine Botschafft  
ein;

Ob schon des Himmels Schluß die Freundschafft will zer-  
streuen/

Bleibt er mein Pythias, werd ich sein Damon seyn.

Dieses fügte zu guten Andencken seinem bissher  
liebst-gewesenen Herrn Stuben- & Gefellen  
glückwünschend hinzu

**Georg Peter Stelger/**  
von Culmbach aus Franken.




ULB Halle  
005 361 702


3



VD 17







R. B. V. 1694 M  
 IO JURIDICA 60  
 DE  
**A CON-**  
**DNALL**  
*Quam*  
 eque Magnifici Jctorum  
 nsum Ordinis, 14 1/2  
 ESIDE  
**INR. HORNIO,**  
 tore publico, Curia Provincialis,  
 ult. Juridica Assessore,  
*ic Præceptore suo*  
*e cultu profeguendo,*  
 d. Martii M. DC XCIV.  
 è exhibit  
 TOR  
**DERICUS Bnauth/**  
 enensis.  
 \* \* \* \* \*  
 GODERITSCHIANO.

25: *4*

